


1018
RELATIO OLIM HABITA, CORAM FE. RE. ALEXAN/
dro Papa VI. in Consistorio publico, per R. P. Dños
Petrum de Vicentia tunc Episcopum Cefenateñ,
& Camere Apostolicę Auditorem; & Petrum
Isuaglies Archiepiscopū Regineñ. tunc etiā
Almę vrbis Governatorem; Commissa/
rios deputatos: super Breuibus Apo/
stolicis, per Bartholomeum Flori/
dum, tunc Archiep̄m Cufentiñ.
eiusdem Sanctitatis suę Secretariū, confectis.




ROMAE M. D. XLVII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis
Dominicæ Millesimo Quingentesimo Vigesimo Septimo,
Quarto Nonas Maii Pontificatus nostri Anno Quarto.

F. BRANCHONIVS.

1018
RELATIO OLIM HABITA, CORAM FE. RE. ALEXAN/
dro Papa VI. in Consistorio publico, per R. P. Dños
Petrum de Vicentia tunc Episcopum Cesenaren.
& Camere Apostolicę Auditorem; & Petrum
Isuaglies Archiepiscopū Regineñ. tunc etiã
Almę vrbis Governatorem; Commissa/
rios deputatos: super Breuibus Apo/
stolicis, per Bartholomeum Flori/
dum, tunc Archiep̄m Cusentiñ.
eiusdem Sanctitatis suę Secretariū, confectis.



ROMAE - M. D. XLVII.

Ad S. D. N. Alexandrum VI. Pontificem Maximum, Petri de Vicentia
epi Cefen. Camerę apostolicę Auditoris, & in hac causa, vna cum R. P. D.
Petro Iffuaglies Archiepo Regino Alme vrbis gubernatoꝝ Commis-
sarii Relatio, habita coram S. tua in Consistorio secreto, super
falsis breuibus apostolicis confectis per Bartholomęum
Floridum tunc Archiepiscopum Cusentinum, ac
eiusdem D. N. Papę Secretarium.

NEMO est Beat. pater, mea sententia, cui congruentius q̄ sancti-
tati tuę munus huius opusculi dicari possit. Non quia mea tantū
faciam, vt ea conspectu tuę S. digna existimem: sed q̄ in hoc
libello nō solum agitur de falsitate literarum apostolicarum in
quibus precipue tua maiestas leditur: verum etiā de priuatione
Archiepiscopi ac eiusdem traditione curię seculari, quę sine auctoritate beati-
tudinis tuę, nullus omnino potest licite diffinire: quāuis autem non medio-
criter verear ne aut magnitudini rei aut potius celsitudini tuę satisfacere nō
potuerim: cum propter imbecillitatem ingenii, tum ob strepitum litigantiā
qui frequentissime me & scribentem & cogitatem interruperunt, tum vel ma-
xime propter altitudinem tui intellectus & acume, q̄ etsi innumeris negotiis
a contemplandis legalibus dubiis abstrahitur. Ita tamen cuncta subtiliter per-
cipit & enodat, vt in his solis tua cogitatio versari continue videatur. Beni-
gnitas tamen ac mansuetudo, quę a prima etate & coaluerunt semper tecum
& excreuerunt, me consolantur, ita vt nequa q̄ ambigam beatitudinem tuam
neq; quantitatem neq; qualitatem munusculi, sed syncerum affectum donantis
inspiciam. Lege igitur summe Pontifex omnium humanissime hec scripta
in quibus si volueris non dubito multa emendare iure poteris, & corrigere.
Atq; cum primum licuerit inter molestias officii auditoratus Camerę quę in-
geniolum meum perturbant & aridum faciunt, aliud opus grandius de recto
statu religionis Christianę, tuę beatitudini presentabo: in quo multa magna
& nouissima disputantur, quę sine auctoritate tuę beatitudinis possunt a nemi-
ne terminari. Sed iam ad presens institutum descendamus.



Non me fugit, pater Beat. quod Io. An. tradit in c. sicut de re iudi. Iudicem exprimentem cām & rōnes sui iudicii stulte facere: qm̄ ex hoc sn̄ia ipsius & cōmodius oppugnari & multo facilius infringi pōt: Atq; mihi videtur Io. an. suasisse iudicibus vt ex taciturnitate in vulgo famā ac opinionem sapientiae doctrinae aucupantur, iuxta illud Prover. xvii. Scultus etiā si tacuerit sapiens reputabitur. Ego aut̄ alius in populo apparere nō cupio q̄ sim. Et propterea siquā forte sententiā iniustam me proferre contingit siue in notitia facti siue iuris deficiā, non tm̄ illam defendi & teneri non cupio: verum vnūquēq; humiliter obsecro, vt eam quā primum corrigat & emendet, illudq; quod iustius ac verius eū confestim omnibus patefaciat. Neq; enim deo erubescere ea discere quae ignoro potiusq; mihi expedire reddendo causas sententiā meae laedi opinionem literaturae siquā forte alius quis de me concepit, ac per hoc succurri indemnitati eius quae se istan iniuste vexaueram, quā tacendo & haberi litteratior & iniquā sententiā in alterius prēiudiciū latum diutius obseruari. Nam, vt Aristoteli placet primo Ethicorū, decet vt etiā nostra pro veritatis salute refellamus. Itaq; si Io. an. malum crederet, se ante meā stultus siam recensere q; paucis additis quae in hac causa corā S. V. Reuerēdissimisq; dominis Cardinalibus disputauī equo animo passurus si quis melius sentiens ea quae scripsero correxerit.

Cum igitur totum processum causae enarraſsem: collegi breuiter omnia in summā in hunc fere modum. Marianus Cuccinus Fisci procurator deduxit in hoc processū Bartholomeum Floridum Archiep̄m Cusentini. dñi nostri Secretarium domesticū a sine primi anni Pontificatus. S. suae, vsq; ad mensem Augusti proxime p̄teritū in variis locis scienter & dolose fabricasse vltra Quingenta breuia apostolica falsa super variis ac diuersis materiis, ac ex tali commercio vltra septem millia ducatorū a variis personis extorsisse. Hae aut̄ idem procurator credit legitime probata esse tum ex geminata cōfessione ab ipso Archiep̄scopo in iudicio sponte facta, tum ex dictis circiter decem testimoniis tum ex inspectione minutarū hōiū breuium quas manu ipsius subscriptas esse Bart. Cuccinus in iudicio legitime recognouit. Deduxit pr̄terea idem procurator q̄ cum intra dictum tempus quo breuia fabricata sunt, dñs nolit ex quorundam dictis in suspitione venisset, ne aliqua breuia per suos secretarios sine scriptura suo expedirentur, monuit eosdem sepius in occulto primū, ac deinde corā aliis quibus ex dominis Reuerēdiss. Car. ne quid auerēt sine iussu Sanct. suae cuius gratia concedere. Et si aliter facerent, cōminatus fuit grauissime se in eos animaduersurum. Nihilominus idem Cusentini. in suo execrabili proposito perseuerans: neq; his paternis monitionibus cōmotus neq; minis territus: falsa breuia facere vnquā cessauit. Et quanq̄ falsarii huiusmodi ipso iure anathematis sententiā incurrant: ipse tamen poenitentiae ac absolutionis beneficio sp̄reto & parafatus, infert D. Cusentini. & irregularitatis & incorrigibilitatis vitia incurrisse esseq; merito suspectum q̄ de fide catholica male sentiat. Hae sunt quae in effectu procurator Fisci in hoc processu intendit. At pr̄fatus Archiep̄scopus quamuis dicta breuia sine scitu Papae se composuisse ac dicto tempore diuina celebrasse & a dño nostro monitū fuisse fateretur, non tamen vnquam de fide male sensisse, sed in foro poenitentiae se fuisse absolutū: & si id probare nō posset, cōstanter affirmauit. Cumq; Collega meus & ego ipsi, & copiā procuratoris

& ad locorum & terminum ad defensionem faciendas dedissemus: negauit ille se illam defensionem facturum: quoniam, ut sibi videbatur, crimen suum non excusatione sed sola clementia principis indigebat: optabat tamen ut aliquis aduocatus demonstrare conaretur, quod ipse propter sua delicta non esset de iure poenitentis positus. in c. ad falsarium, de cri. fal. sciendum. Quae cum ita retulisset adieci reliquum esse, ut S. sua Reuerendissimiq; D. Cardinales, quid in ea re congruentius fieri oporteret pro eorum immensa sapientia diffinirent. Tum Sanctissimus dominus noster Collegae meo, & mihi mandauit, ut quae nos sentiremus esse in hac causa, de iure facienda explicaremus. Atque cum Collega meus obtenta uenia ut nobis iura coram S. sua allegare liceret uotum suum demonstrasset. Ego in sententiam quae in effectu sequitur uerba feci.

¶ Ut clarius explicem Beat. pater Dominici Reuerendissimi, quod super hoc processu arbitrator esse de iure dicendum. Primo breuibus discutiam. Vtrum comprehensa in inquisitione sint ex confessionibus domini Archiepiscopi sufficienter probata.

¶ Secundo utrum breuia de quibus agitur debeant iudicari falsa attento modo quo Archiepiscopus summum Pontificem circumueniebat.

¶ Tertio qua poena Bartholomeus Archiepiscopus Cusentinus de iure afficiendus sit. Et hic incidenter disputabimus, Vtrum in constitutionibus poenaliibus indistincte loquentibus, Episcopi & Archiepiscopi includantur. Et sic an poena. c. Ad falsarium, Archiepiscopus includerit.

¶ Item utrum breuia sint litterae apostolicae. Et an qui ea falso conficit, debeat degradatus curiae seculari tradi.

¶ Item quis utatur maiori misericordia, utrum qui punit delinquentes, an uero qui eis poenam de iure debitam relaxat.

¶ Quarto & ultimo per quem pronunciarī debeat in hac causa.

¶ Quaecumque autem dixerō omnia emendationi & correctioni Sanctissimae V. & Dominorum Reuerendissimorum, ac quorumlibet melius sentientium subiciō.



Ad primum igitur dico quod, meo iudicio, sine dubio confessio Bartholomei Archiepiscopi sponte bis coram iudicibus solenniter facta deducta in inquisitione lenissime probatur. Certum inquam est quod confessio rei spontanea quae non incidenter sed principaliter in iudicio emanauit, adeo concludenter probatur, ut ex ea sine alio processu reus quauis poena etiam grauissima illi tamen delicto condigna puniri possit. Ita est doctrina Innoc. in c. qualiter & quando in princ. ut. colun. de accus. Et eam sequitur Bart. in l. si confessus, per illum tex. ff. de custo. reo. & Salice. in l. ii. C. eo. ti. & Panor. post alios in c. at si clerici. in vii. colun. de iudi. Probatur etiam hoc manifeste in c. tregualdum. xi. q. iii. ubi Papa duos Archiepiscopos ex sola eorum confessione deposuit. Idemque demonstrat tex. in c. ii. de confes. Et apertius in c. i. de accusa. li. vi. Quocirca minime admirandum

est quod. ii. Reg. c. i. David ex sola confessione eum qui asserbat se Saul regem
occidisse interfici iusserit. Sed ad propositum: itaq; cum una sola confessio
Bartho. Archiepiscopi satis probasset narrata in inquisitione dubitandū: nō
est qui dum confessiones ampliores q̄ necesse sit fidem faciant. Geminatio
enim robor prioris confessionis nō diminuit, sed corroborat, iuxta vulg
garam theo. Bart. in. l. cum scimus. C. de agri. & cens. & Pandor. in c. si cautio.
in fi. de fide instr. Neq; tamen propterea existimo attestaciones & minutas
breuium superuacuo esse in processu isto reproductas, quamuis enim ubi con
stat aliter q̄ per confessionem rei maleficium esse commissum, licet igno
retur quis illud effecerit stetur spontaneę confessioni sine alia probatione: ta
men quando maleficium perpetratum esse non apparet nisi ex cōfessione eius
qui contra se attestatur: tunc vltra confessionem oportet aliam probationem
fieri, quod reuera maleficium factum sit: alioquin non potest iuste in confiten
tem sententia condemnationis ferri. Et ita mihi videtur casus clarus in. l. i. §.
diuus. ff. de questio. Ibi diuus Seuerus rescripsit confessiones reorum pro ex
ploratis criminibus haberi non oportere si nulla probatio religionē cogno
scentis instruat. Inde q̄ puto esse quod Iuriscōsultus dicit ita demū obligari cō
fitemem ex falsa confessione si eius rei nomine quā confessus est cum aliquo
sit actio. l. confessionibus & l. si. is. §. si. & l. qui seruum. ff. de intero. acti. Vnde
Bar. in. l. si. ff. de questi. vult iudicem non debere procedere ad inquisitionem
priusquā sibi liqueat de maleficio per tex. in. l. i. §. illud. ff. ad fille. Bal. etiā in
addi. spe. de confessi. colum. ii. expresse firmat q̄ si confiteor occidisse quemdam
cuius nomen ignoro, nisi aliter de corpore occisi cōstet: neq; possum neq; de
beo condemnari de iure, & idem dicit in ti. de senten. colum. xviii. Quæ si ali
ter se haberent & omnino credendum esset reo crimen confitenti. Cur iuriscōs
ultus in. l. non tantum. ff. de appella. dixisset recipiendam esse appellationem
tertiū, etiam ipso reo inuito & ad mortem festinante. Cur item dixisset in. l. sed
et si. ff. de poenis. q̄ quando reus neq; se defendit neq; ab alio defenditur, iudex
ipse debet querere de eius innocentia. Quare concludo oportere omnino cō
stare maleficium esse commissum, etiam alio modo q̄ per solam confessionem
spontaneam inquisiti. Et propterea cum in casu nostro vltra geminam con
fessionem & per testes & per minutas recognitas liqueat de breuius falsis in
dubie concludendū est posita in inquisitione fuisse & esse, etiam vt condemna
tio sequi possit sufficienter demonstrata, atq; hæc de primo.

¶ Circa secundum aut, Vtrum breuia ista debeant falsa censeri, considerandū
reor q̄. B. Cusentinus respondendo inquisitioni simpliciter & pure, confessus
fuit breuia illa esse falsa. Postea vero in aliis suis rātionibus dixit q̄ credebat
ea nō debere falsa reputari, sed potius ipsum ista breuia a dño nro p̄ deceptio
nem extorsisse. Et in hoc aduocatus eius maximū fundamentū facit, quoniam
(vt. referendo processum reuli) dñs Cusentinus immiscebat breuia huiusmodi
cum veris habentibus supplicationem introclusam, & ita omnia simul domi
no nostro exhibebat affirmans esse in omnibus supplicationem introcōstitā:
cuius verbis summus Pontifex fidem habens, ea omnia pariter piscatoris anu
lo signari iubebat. Quas ob res aduocatus Cusentini inserti dicens Ecce quot
breuia sunt expedita de voluntate & iussu Papę licet decepti, & consequenter
falsa esse nō possunt. Quia sicut bulla gratiosa in qua ad inducendum Papam
multa falsa sunt per impetrantem narrata, non potest dici falsa, saltem ad esse

si ut poene positę in ti. de cri. fal. locū habeant, vt firmat glo. Cui iussus ad-
uerfatur in. c. licet ad regimen in principio de Cri. fal. & declarat Bal. in. l. & si
legibus. C. si contra. ius vel pub. vi. Et probatur in. l. ii. C. eo. ti. & in. c. super
litteris de rescrip. Sic etiā putat dicendū in proposito vt breuia que Papa quā-
uis circūuentus expediri mandauit, falsa esse non possint. Inducit etiā ad hæc
no. a per Bar. in. l. si quis obrepserit. Colū. l. ff. ad. l. Cer. de fal. & l. ii. C. de
reb. l. 2. non alie. Ego autē & si concedam dictam confessionē nō nocere Archi-
episcopo si re vera ista breuia falsa non sunt: cōfessio quippe que a iure respici-
tur, consenti vti iudicare nō potest. d. l. si his qui. §. si. ff. de interrog. acti. Nam
neq; opinio neq; credulitas neq; ignorātia delinquentis potest efficere in foro
fori vt ille actus qui secundū iuris dispositionem delictū non est, delictum fiat,
vt probat tex. in. l. si. ff. de cri. expil. heredi. Ibi sed nihil mutat existimatio sur-
ripientis, & in. §. placuit insti. de oblig. quæ ex delic. & in. l. inter. §. recte: &
ibi declarat bar. ff. de fur. cōfessioq; errōea etiā si in iure versetur vbi de danno
euitando agitur litte adhuc pendente sine difficultate rescinditur. l. iuris igno-
rantia. & l. error. ff. de iur. & fact. igno. l. cum falsa. C. eo. ti. & in regula igno-
rantia. li. vi. nihilominus tamen indubitanter puto dicta breuia omnino esse
falsa. Sed priusquā deducā ea quibus in hanc sententiā impellor: dissoluā ra-
tionem pro parte Archiepiscopi adductam. Dico igitur q; bulla surreptitia
in eo quod ipsa affirmat nihil falsitatis penitus in se habet. Cum verissimū sit
& impetrantē narrasse omnia prout bulla dicit etiā si illa falsa essent. Et simili-
ter verū est Papam inductum narratione impetrantis gratiā fecisse, vt bulla seu
litterę testantur: sicq; in eis nihil profus est falsitatis. Neq; enim Papa affirmat
narrata vera esse sed impetrantem sic exposuisse: sunt autē illę litterę nullę non
quia falsę sint, sed q; Papa subintelligit in gratia quā facit clausulam si q; reces
veritate nitantur vt est expressum de rescrip. c. ii. & in. l. si. C. de diuer. rescrip.
Itaq; sicut stipulatio cōcepta sub cōditiōe falsa de presenti tempore est vera
in se licet nulla sit de iure propter defectum conditionis. l. cū ad præfens. ff. si
cert. pet. §. conditiones. insti. de verb. oblig. & l. cōditio in præteritum. ff. eo-
ti. Ita etiā necesse est vt litterę principis surreptitię obrentę, verę & non falsę
sint, licet de iure propter defectum tacitę cōditiōis subintellectę non valeāt.
Conferi his q; instrumentū affirmās Titium esse confessum habuisse Centū ma-
tuo, licet in vero nihil titius vnquam habuerit nō est falsum, vt firmant omnes
post Bar. in. l. si ex cautione. C. de non nu. pecu. & in. l. singularia. ff. si cer. pe-
ta. Vnde nec bulla falsa erit que nō asseuerat narrata esse vera: sed sic per im-
petrantem fuisse exposita. At in breuibus, quorū falsitatem exquirimus, longe
aliter res se habet. Primo quia narratio omnino est falsa: Quoniā que ibi di-
cuntur fuisse dicta summo Pontifici, nunquā ad ipsius notitiam deuenerunt.
Deinde dispositio quā breue refert nunquā fuit a Papa concessa, & sic tam in
narratione q; in dispositione in dictis breuibus nihil profus veritatis dicit.
Consequenter igitur breuia ista nihil habent cōmune cum litteris surreptitijs:
& ideo ex illis nulla recta illatio ad hæc fieri potest: nec ad rem pertinet, q;
Papa illa sigillari mandauerit. Nam si inquireretur contra Archiepiscopum
de falsitate sigilli, non dubitarem allegationem aduocati aliquid habere mos-
menti: sed cum de sigillo non agatur plurimumq; inter se scriptura & sigillū
diferant, possitq; sine dubio alterum verū esse cum alterum falsum sit, vt decla-
rant omnes in. c. licet. ad regimen. de cri. fal. Et bene hoc ibi exprimit tex. cir-
ca si, Dum dicit de falsis litteris vera bulla signatis. Iussus ergo Papę vt breuia

illa sigillarentur ad confirmandam scripturam & contenta in ea trahi quouis modo non potest, quippe etiam ubi verba sunt generaliter prolata: consensus tamen que consentiens sciuit firmare potest que ignorauit non potest. I. tres fratres. ff. de pac. l. cum aquiliana. ff. de tranfac. l. sub preteritu. C. eo. ti. vnde facta est res qua illa non videtur consentire que errat. l. nihil consensui. ff. de regu. iu. Ex his etiam potest intelligi. q. d. l. ii. C. de reb. ali. non ali. & id ad quod eam allegat Bar. in. l. si quis obreperit. praealleg. non profunt dno Cusentini. quia in. l. ii. contractus erat in toto verus: maritus enim vere viderat vt ibi & tex. & doc. significans: & similiter vere vxor. quauis decepta. instrumentum suo sigillo signauerat. & ideo ibi nulla falsitas reperiri potest. Contra vero in breuius istis quicquid enim in eis scriptum est. falsum existit: quare quod dicitur in. l. ii. cum breuius istis neq. consanguinitatem neq. similitudinem vlla habet. adeo vt si iocari liceret: possent sine aliqua dispensatione matrimonio iungi: quinimmo d. l. ii. contra allegantem conuerti potest. qm in ea prae-supponitur sigillum fuisse appositum & tamen dicit si consensum non accommodatis. per hoc euidenter ostendens ex sola appositione sigilli non induci consensum his que in scriptura sigillata narrantur: & propterea non posse euitari falsi criminem in scriptura commissum ob nudam impressionem sigilli ab ignorante & circumuento extortam. Rndi satis. vt opinor. rationi & allegationi obiecte: de theor. vero Bar. infra dicam. Nunc ostendam multis rationibus & tex. q. breuia de quibus agimus falsa sunt. Et in primis videtur mihi istud aperte determinatum in. c. licet. ad regimen. versi. illos quoq. de crim. fal. ibi enim dicitur quod falsum in literis apostolicis committunt qui falsas literas inter veras proficiunt: vt cum illis pariter sigillentur: sed ita factum est per dnm Cusentini. qui falsa breuia veris immiscendo a dno nostro sigilli impressione in falsis literis seu breuius corripuit: ergo ipse commisit falsum in literis apostolicis. & dicit ibi Io. an. in prin. q. vt oq. casu pariformiter committitur falsitas. & qm falsum sigillum apponitur falsis literis & quando verum sigillum literis falsis adiungitur. & sic Io. an. expresse vult q. veritas sigilli non facit litera esse veram: si illud qd litera exprimit. de voluntate Pontificis non processit. Idem etiam dicit ibi Anto. de but. & clarius Hosii. eo. ti. in summa. §. qualis probatio. ver. falsitate vero. Preterea & glo. & doc. oes in. d. c. licet ad regimen. volunt q. in omnibus casibus positus in illo tex. committatur falsitas in literis apostolicis & sit locus poene. c. Ad falsarios: sed casus noster est comprehensus in. d. tex. vt proxime deduxi: ergo communis doctrina ibi posita articulum quem disputamus. determinat extra dnm Cusentini. Itaq. etiam si ista eius doctrina sit forte nimis rigorosa quo ad casum positum in eo. tex. versi. eos etiam. Non tamen propterea inferri potest q. locum non habeat in casu nostro qui plurimum differt ab illo. Nam ibi potest esse q. litera sint omnino vere. In casu autem nostro omnino litera falsae sunt vt cuiuslibet consideranti facile patet. Quapropter qd de non dicitur ad alterum inferri non debet. Neq. n. ordo scripturae spectandus est: sed ipsa rationis vis. & q. verisimile est iuris latorem sensisse. l. nec. n. ff. de sol. & satis nobis esse debet q. questio nostra sit decisa per comunem doc. sententiam. Possunt preterea ista etiam ex iure ciuili variis modis demonstrari: nam qui vt verum non appareat machinatione aliqua fraudulenter subiciunt alie quam scriptura: profecto isti falsum committunt vt dicit tex. in. l. Paulus. & in. l. ii. ff. ad. l. Corne. de fal. & in. §. Item lex Cornelia Insti. de pub. iudi. ibi instrumentum falsum scripserit. signauerit. recitauerit. subiecerit &c. Vnde ista iur-

mixtio verorum & falſorum breuiū facta per dñm Cuſentinuū vt veritatem oc-
cultaret dño nſo, niſi fallor, deceditur per. d. ll. in crimine falſi includi. Com-
probatuſt iſtud: quia ſupponentes falſum partū etiam ſi pater inſcius rei geſte
agnoscat ſuppoſitum quaſi filium propriū & illum heredem inſtituat: nihil o-
minus conſanguinei defuncti eius teſtamento nō obitante poſſunt rem huius
modi i iudiciū deducere & ciuilit̄ & criminaliter proſequi vt eſt caſus in. l. i.
in ſi. iuncta. l. ſeq. ff. ad carbo. Et certū eſt q̄ quādo criminaliter agitur: tūc his
qui partū ſuppoſuit tenetur de falſo & pœna mortis pleſedus eſt vt dilucide
aperit̄ tex. iunctis ibi notatis in. l. i. C. ad. l. cor. de fal. ſicut ergo agnitio filii
a patre putatio ignorant̄ facta nō excuſat a falſo & pœna mortis eum qui
partum ſuppoſuerat, ita fortius in propoſito non poteſt Cuſentinus a falſo li-
berari ex eo q̄ Papa ignarus veritatis mādauerit breuia falſa ſigillari vt ſua.
Minus eſt enim quod in breuibz iſtis Papa fecit, q̄ q̄ pater putatiuus in ca-
ſu antedicto. Ille enim & vidit filiuū & heredem inſtituit. Hic de tenore breuiū
nullā penitus notitiā habuit: confert his q̄ ſi venditor merciuū circūuentus ab
emptore ponderat eas maioribus ponderibus q̄ vera pondera eſſent, quāuis
ipſe ſponte tradat merces emptori, t̄ emptor & furti & crimine falſi tenetur.
Iſte eſt tex. in. l. ſi quis vxor. ff. ſi maior. ff. de fur. & in. l. annonam circa. ff.
de exordi. crimi. & in. l. penulti. ad. l. cor. de fal. Ex his ergo perſpicue intelli-
gere poſſumus q̄ conſenſus hominis circūuenti neq̄ a crimine circūuenientē
eripit neq̄ a pœna. Iā vero redeamus ad theo. Bar. in. d. l. ſi quis obrepleſit.
quā aduocatus dñi Cuſentini pro eo allegat: ſed facile aduerſus eū reror queri
poteſt: dicit nanq̄ Bar. ibi q̄ ſi quis deceptor notariū ignorantem tradendo
ei ſcripturam continentem falſum & illi ex ea bona fide fecerit instrumentum
publicum: iſte deceptor comittit falſum & ſcriptura per eum exhibita eſt falſa
& propterea ſi accōmodemus verba Bar. ad caſum noſtrū, oportet dicere Cu-
ſentinum falſum comiſiſſe & ſcripturas quas dño noſtro ſigillandas porrexit
falſas eſſe & per cōſequens ipſa breuia eſſe falſa. Nec refragatur q̄ ſtatim Bar.
ſubiicit Instrumentum non eſſe falſum propter bonā fidem notarii, quia poſ-
ſum hoc fateri ſi non loquamur ſimpliciter de falſitate instrumenti: ſed habita-
conſideratione ad notarium quo ad quem vitū purgatur propter ipſius bonā
nam fidem. falſitas. n. ſine dolo eſſe non poteſt vt declarat Hoſti. de cri. fal. in
ſumma in prin. & eſt expreſſum in. l. nec exemplum. C. eo. ti. Et ſimiliter non
poteſt deceptor iſte teneri de falſo ex perſona notarii: quia cum ille non de-
liquerit, iſte ex illius facto teneri non poteſt vt probant. ll. quas Bar. allegat.
Aliud autem eſt ſi quæramus de falſitate instrumenti ſimpliciter. verbi gratia,
reſpectu illius qui tali instrumento vtitur: tunc enim, vt opinor, oportebit di-
cere dictum instrumentum eſſe falſum: cum ipſemet Bar. fateatur ſcripturam
eſſe falſam, & impoſſibile eſt q̄ ſcriptura instrumenti ſeu ex qua confectum eſt
instrumentum ſit falſa & instrumentum ſit verū: falſitas enim & veritas in eo-
dem & circa idem ſimul ſtare non poſſunt, vt dialetici docent. Ex quo natū eſt
illud iuriſtarum: poſito vno contrariorum in eſſe, remouetur reliquum, ſecū-
dum Bal. in. l. conuenti. ulam. C. de episcopis & cle. Patet ergo q̄ ſi ſubtilius
verba Bar. conſiderare voluerimus instrumentum in caſu ſuo ſimpliciter lo-
quendo dicitur falſum. Sed vt omnis ceſſet heſitatio, traleamus ad ea que Bar.
in eodem loco in ſequenti. q. ſubiungit. Dicit enim q̄ ſi aliquis dictando in-
strumentum notario ſcienter aliqua neceſſaria omiſerit & notarius bona fide
iuxta dictamen illius instrumentū confecerit: iſto caſu dictans cenſetur falſum
instrumentum

Instrumentum fieri fecisse, & de falso teneatur secundum eum. Et ibi ponit rationem
diversitatis inter hunc & præcedentem casum: quæ verba mihi animam faciunt ut
affirmare non verear: quod etiã si Papa sciuisset gratias quæ in breuibz illis com
prehendebantur, quinimmo etiã si ipse breuia illa nominatim scribi madaffer,
& dñs Cusentinus addidisset illis, ignorante Pontifice, aliquod substantiale, &
hoc ipsum additum in relatione breuis dño nostro Papæ subticuisset: nihilomi
nus illa breuia fuissent falsa, & verum esset Cusentinum falsa breuia fieri fecisse. Et
si aliter dicamus theo. Bar. de qua modo dixi, & quæ nemo reprobatur, subsistere
non potest. Accedit his quia sicut testis qui in aliqua mectitur, siue dicendo siue
tacendo. Et si in plurimis verum dixerit, tamen falsus est, ut notant omnes in. c. i.
de. cri. fal. & in. l. presbyteri. C. de Episcopis & clericis. & est expressum in. c. pura. iii. q.
ix. & sicut propositio copulatiua si est falsa in parte, ex hoc est falsa tota ut di
cit tex. in. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus. dubi. Ita oportet ut & breue
si in aliquo substantiali falsum narret, tam & si verum in multis dicat, falsum sit.
Atq; hoc idem licet in instrumentis videre: nam quotiens Notarius his de quibz
bus vere rogatus est, aliquod substantiale ex seipso addit, vere instrumentum fal
sum facit, nec a poena falsi eximi potest ex eo quod partes reliqua omnia fieri ma
dauerint, ut est tex. in. c. quanto de his que fi. a præla. & in. l. si quid. C. de sus
cept. li. x. & declarat doc. in. l. si ex falsis. C. de transac. & in. c. fraternitatis
post Inno. de heretici. Et his igitur necessario sequi arbitror, quod quanquam Cus
entinus non vniuersam substantiam in breuibz effinxisset, sed tantum partem, Papa
ignorante, non tamen posset ob eam causam a falso excusari, quod Papa cetera alia scribi
& simpliciter suas sigillari madaffer. Et profecto necesse est dicere ista breuia aut
in totum vera esse, aut in totum falsa, aut saltem partim vera, & partim falsa. Et cum im
possibile sit ea vera esse præter scientiam Dñi nostri, necesse est omnino ipsa saltem
in parte falsa esse. Sed ad hoc ut sit locus crimini falsi, sine dubio sufficit, quod
falsitas in aliqua parte sit ut dicit tex. in. d. c. licet. §. quinta. de crimi. fal. Ergo
in casu quem discutimus, breuia vsque adeo falsa sunt, ut oporteat in eis poenam
falsi locum habere. Et si secus dicere audeamus, hoc est breuia hæc non esse falsa: se
quitur proculdubio, quod si quis hodie habens notitiam rei gestæ illis in iudicio
vteretur: dici non posset eum uti falsis breuibz: & consequenter oporteret iudi
ces secundum ea iudicare postquam falsa non sunt. Quo neque perniciosus neque stul
tius dici posse quicquam arbitror. Nam cum falsitas nihil aliud sit, quam immuta
tio veritatis dolose facta, ut dicit tex. in. authen. de instru. caute. & fid. in princ.
& declarat Hostien. in summa. de crimi. fal. Et Bartholomeus Cusentinus, non
solum veritatem in istis breuibz immutauit: sed in ipsis nihil prorsus de veri
tate posuit: profecto nihil omnino, ut arbitror, rationi consentaneum adduci
potest quare breuia iam dicta falsa non sint. Restat ad absoluentum ex toto
hunc articulum reuicere duas rationes a nonnullis pro dño Cusentino alle
gatas, quas dum minus vrgere existimo, consulto fere subtrici. Dicunt enim et
ut sibi videntur non insubstiterit ubi nam quæso est ista falsitas. Vtrum ne in scri
ptore, qui cum bona fide scripturam priuatam fecerit nullam probationem facien
tem, & propterea nemini nocentem falsum saltem punibile commississe non po
tuit: an potius in dño Cusentino quia subscripserit. Quomodo enim fieri pos
test, ut in subscriptione falsitas sit quæ vere a Cusentino facta est. ut ipsa subs
criptio insinuat: an vero sigillum falsum dicere quis audeat, quod iussu sum
mi Pontificis est impressum. Et ex his pretendunt isti omnem falsitatem ab his
litteris breuium esse exclusam. Quibus respondeo, quod si quis hanc sophisticam

rationem sequi voluerit, nulla vnq̄ falsa litera inueniri poterit: neq̄. n. membra, siue carta falsa esse potest cū vera charta sit: & similiter apices siue characteres in ea descripti veri sunt: alioquin nec oculis cerni possent. Impressio quoq̄ siue in cera siue in plumbo existat, nō potest esse nisi vera: qm̄ impressio in materia illa vere facta est. Sed tñ nullum horū de per se consideratum neq̄ etiā omnia simul coeuerata faciunt literā apostolicam: sed illud intellectuāle significatū ex omnibus his simul iunctis qd̄ intellectuāle realiter differt a characteribus literarū, & ab omni eo quod oculis corporeis cernitur. Vnde homines indocti literas quidē ipsas videre possunt. Illud vero quod literę significatū percipere nō possunt. Et propterea dicū doc. post glo. in. l. i. ff. de testa. q̄ charta scripta non est testamentum sed intellectuāle significatum ex illa. Ad propositum: ergo dico q̄ breuia illa intellectuāliter significant Papam vere fecisse gratias que in eis narrantur. Et Cusentinus id verum esse attestatur per subscriptionem suā. Sed istud falsum est cum Papa de gratis illis sit omnino ignarus: ergo breuia vere falsa sunt, cū ipsum intellectuāle in quo cōtinetur breuis cōsistit, falsum sit: quare certū sit Cusent. breuia falsa apostolica partim per seipsum partim per alios fabricasse. Dicunt præterea antequā in breuibz imprimeretur sigillū, aut nulla erat falsitas aut certe nō erat punibilis p̄ pena falsi criminis. Cum vbi scriptura careat solennibus requisitis, cessat p̄ena falsarii vt est casus in. l. si quis legatum. ff. ad. l. cor. de fal. in. l. si quis aliquod. §. testamētū. ff. de poenis. Sigillū autē nō fuit appositū per Cusentīnū, sed iussu Papę: ergo quod in istis breuibz factum est per Cusentīnū non potest: vt completū & perfectū falsum puniri ex quo ipse nō perfecit: sed aliud id est Papa nescius falsitatis. Sed qui hæc dicūt simulant non videre q̄ ipse Cusentinus suis mendacijs verbis asserendo esse in illis supplicationes inclusas, fecit sigillum apponi & per consequens falsitatem consumari. Ac postea breuia illa nummis acceptis partibus ad vtrūq̄ tradidit. ¶ Itaq̄ cum nihil interesse quo ad poenā .c. ad falsariorum siue quispiā per seipsum falsitatē compleat siue per aliū vt concludunt oēs doc. ibi: ratio ergo ista Cusentino non proficit, præsertim quia apertissime reprobatur in d.c. licet ad regimen. ver. illos quoq̄, dum de his loquitur qui falsas literas caute proiciūt vt de vera bulla sigillentur. Nam secundum istos non esset ibi falsitas cuius oppositum ibi dilucide determinatur. Ceterū secundū rationem prædictam qui post literā perfectam, deletis alijs quibus verbis alia inferunt, falsum non faciūt: quia ipsi neq̄ subscriptionem neq̄ sigillū apponūt, que literā perfectam faciunt: & tamen istud dicere est de directo contra tex. d.c. licet ad regimen. ver. Quinta. Ex quo intelligi potest q̄ nihil minus litera dicitur falsa quāuis vere sigillum sit de voluntate Pontificis impressum, si tñ aliqd̄ in litera cōtineatur q̄ Papa scribi nō iusserit. Magis autē delinquere videtur qui machinatiōe aliqua facit vt Papa iubeat sigillari literā in qua queqdā sunt de eius mēte nō procederet, q̄ qui in litera iā perfecta & sigillata aliqd̄ immutat: hic. n. solā scripturā violat: ille autē nō mō in scribendo fraudem facit, sed ipsum Pontificē mendacijs suis fallit. Possunt præterea ad cōfutandas rationes istas adduci pene oia que dixi in hoc articulo. Sed video mihi in re nō ambigua scripsisse prolixius q̄ oportuerat. De secūdo igitur factis dictū arbitror. ¶ Venio nunc ad tertiu in quo differendum est qua poena sit de iure plendendus dñs Cusentinus. Qua in re vt apertius me sententię explicem. Fingam eū vnū tm̄ falsum breue fabricauisse atq̄ breue ipm̄ non esse literam apostolicam: sed tanq̄ queuis alia litera falso confecta. Nā si graui

tate poene in vha sola charta huiusmodi perspexerimus multo facilius quã
poena in multitudine chartarũ falsarũ imponi debeat metuemur. Dico igitur
¶ si Bar. Archiepiscopus nõ nisi vnã chartam falsasset, etiã nõ apostolicam:
propterea a suis ordinibus & honoribus deponẽdus esset, siue sententialiter de
gradandus, ac deinde in Monasterio detrudendus ad poenitentia peragenda.
Constat namq; crimẽ falsi esse publicũ. l. i. ff. de pub. iu. Et ita graue atq; enor
me, ¶ Bar. & alii post eũ in. l. transigere. C. de transacti. dicũt nullũ esse crimẽ
in mundo secũdũ mores nostros ita opprobriosum vt falsum: & Salice. ibi
vult colũ. vi. ¶ cõuictus de falso, non est amplius iudicandus homo, cũ sit sine
fide: & quodãmodo reputãdus est extinctus cũ petor sit eius vita q̃ mors. Cer
tum aut est q̃ quicũq; clericorũ cõuincitur crimen aliquod enorme pperasse,
ab ordinibus & honoribus de poni, ac in Monasterio perpetuo debet esse in
clusus: vt est expressum in. c. tuq. de poenis & in. c. de his. l. di. & notatur plene
in. c. at si clerici, & in. c. cum nõ ab homine, de iudi. Et dicit glo. in. c. ex teno
re, de tẽpo. ordi. ¶ vbi cunq; crimẽ est enorme & manifestũ, semper reus depo
nitur & nunq̃ restituitur post quãcunq; poenitentia. Sed qd ego glõsarũ au
ctõritate vtõr, quãdo casus est de hoc in terminis in. c. si Eps. l. di. cuius verba
sic se habet. Si Eps. presbyter aut diaconus capitale crimẽ comiserit, aut chartã
falsã fecerit, aut falsum testimoniũ dixerit: ab officio & honore deiectus in Mo
nasterio detrudatur: & ibi quãdiu vixerit laicalem tantũmodo comunõnem
accipiat. Ex quo quidem tex. etiã illud, vt optinor, demonstrat nõ recte sentire
eos qui dicunt Canones imponentes penas falsariis literarũ apostolicarũ, nõ
includere Episcopos, vbi nominatim de illis mentionem nõ faciunt. Nam iste
tex. non modo in falsitate sed nec in quouis alio enormi crimine inter Episco
pos & inferiores distinctionem vllam facit. Et his accedit tex. in. c. si quis Epi
scopus, & in. c. seq. xi. q. iiii. vbi Episcopi & inferiores vniformiter puniuntur.
Præterea tex. in. c. Ad falsariorũ simpliciter loquitur de clericis quo nomine
si proprietatem vocabuli sequi voluerimus, magis Episcopi, q̃ inferiores cõ
prehenduntur. Dicuntur enim clerici quia sunt de sorte dñi. c. clericos, in prin.
xxi. dist. c. duo sunt. & c. clericus. xii. q. i. Potius autem sunt seu esse debent de
hac sorte qui priorem locum tenent, q̃ sequentes, vt de se patet. Itaq; cum iura
poenalia & exorbitantia loquẽtia in altero casu æquiparatorũ includãt, etiã
alterũ verbis legis non expressum, vt est glo. communiter approbata in. l. si
quis seruo. C. de furt. & in. l. quod vero. ff. de legi. & in. c. si postquam, in fin. de
electi. li. vi. multo magis in casu d. c. Ad falsariorũ, debent censeri Episcopi in
clusi, q̃ reliqui, cum dictio clericus Episcopũ non per æquiparationem, sed per
proprietatem includat. Sed quid opus est in his argumentis insistere quando
hęc multo aperiũs demonstrantur in. c. quia periculosum de sen. exco. li. vi.
Ibi enim iuncta communi theoricã doc. est expressum quod specialis est in sen
tentis suspensionis & interdicti duntaxat, vt Episcopos non cõprehendat vbi
eos nõ exprimit. In aliis vero sententiis omnibus a iuris conditore latis, non
minus includuntur Episcopi, q̃ ceteri inferiores. Aut enim male fecit ibi Pa
pa restringere dispositionem illam ad suspensionem & interdictum: aut si be
ne, ne res est p̃ vbi de illis nõ agitur sed de aliis poenis, Episcopi eque ac alii
includuntur. Hinc est p̃ quãuis tex. in. c. pro humani, de homici. li. vi. non
exprimat Episcopos sed p̃claros, quod vocabulum etiã ad inferiores Episco
pos adiptari potest, vt legitur in. c. l. de elec. tamẽ glo. in. d. c. pro huma
ni in versũ. p̃claros, quã omnes sequuntur: vult etiã Episcopos aritari poenis

illius litera, & tamen si credimus his quæ refert ibi Domj. de sanc. gemi. in fi.
 pœnæ illius tex. grauiores sunt, q̄ quæ ponitur in c. Ad falsariorū. tex. quoq̄
 in c. felix. de pœn. li. vi. dū atrocissimas pœnas cominatur: loquitur simpli-
 citer per dictionem si quis. Et nihilominus Episcopi ibi includuntur. Paret hoc
 quia postmodum subiicit, q̄ propter delictum parentis, Episcopi insontes &
 nullius criminis participes Episcopatu priuatur omni spe promotionis ipsi
 sublata: quod cum ita sit, absurdum esset, q̄ Episcopi in precedenti generali
 dispositione nō includerentur. Nam qui propter alterius crimen acriter puni-
 tur si ipse deliquerit, a pœna immunis esse quomodo poterit. Igitur in tex.
 illo quauis pœnali, & simpliciter loquente Ep̄i sunt comprehensi. glo. etiam
 in c. vni. de schisma. eo. li. super verbo Cardinalis, aperte vult decretalem illā
 in qua pœna priuationis iniungitur Episcopos incl. fuisse, etiam si de ipsis me-
 tio alia nō esset facta. Ceterum licet in pœnis arbitrariis interdū iura & doc.
 distinguat inter superiorem & inferiorem, nobilem & ignobile, & modo vnū,
 modo alium afficiant grauiori supplicio, vbi tamen lex certam pœnā impos-
 nit, neq̄ distinctionē facit, illa pœna debet vniformiter & indifferēter in omni-
 bus personis obseruari siue abiecte conditionis siue excellentis existant, vt fir-
 mat Sal. in l. seruos. circa mediū. C. ad. l. iul. de vi. & Bal. in. l. iiii. ver. quarto.
 nota. C. de sum. tri. cuius dcm̄ refert & sequitur Io. de Ana. in c. i. colū. vi. de
 cleri. venat. Istud etiam fuit de mente glo. in l. pedius. ver. cōditione. ff. de ins-
 ten. rui. ibi plus minor q̄ maior puniatur de eodem delicto extra ordinē &c.
 quasi dicat vbi est pœna ordinaria, nulla fieri debet talis distinctio. Et vt mihi vi-
 detur, hoc optimè probat tex. in. l. i. §. expilatores. ff. de effra. Dicitur enim
 ibi: ideo licere iudici in casu illo maiori pœna afficere ignobiles, q̄ hōnes-
 tiores, quia nulla specialis pœna rescriptis principibus erat imposita, & sic
 vbi certa pœna statuitur, nulla debet inter personas distinctio fieri. Et aliter
 dicendo, oportere fateri oēs pœnas esse arbitrarias, quia pro qualitate perso-
 næ aut grauidē essent aut leuandē. Istud aut̄ est omnino falsum vt dicit tex.
 in. l. i. §. i. ff. ad turpil. ibi pœnæ vero persecutio nō iudicantis voluntati man-
 datur, sed legis auctoritati referuatur. Confirmatur ista præterea quia iura cō-
 munia, excepto solo supremo principe, ceteros omnes arctat cuiusvis dignita-
 tis sint, adeo vt etiā Augusta Imperatoris vxor legibus soluta non sit. l. iura
 & l. princeps. ff. de legi. Itaq̄ doc. in c. i. de consti. per illum tex. dicunt q̄
 eam non quamuis simpliciter loquens, in materia tamen concernente animam
 etiā Imperatorem apprehendat. Quid igitur est cur Episcopi in Constitutioni-
 bus canonū pœnalibus non comprehendatur si princeps secularis etiā Impe-
 rator includitur, quod ego nō modo intelligo quo ad pœnam fori pœniten-
 tialis, verū etiā quo ad iudiciale fori. Et inde fuit, vt arbitrator, q̄ Gelasius Papa
 Francorum Regem deposuit nō tam pro suis excessibus, q̄ pro eo q̄ tantę po-
 restati erat inutilis. c. alius. xv. q. vi. hinc etiā Inno. quartus Regi Portugaliæ
 regni administrationem interdixit, eiq̄ coadiutorem dedit. c. grandī. de sup.
 neglig. præla. li. vi. hinc etiam ipse idem Inno. Fredericum Imperatorem in
 Lugdunensi Cōcilio Imperio priuauit, & alias diuersimode per summos Pō-
 tifices contra Reges & Principes est processum. c. præcipue. xi. q. iii. c. venera-
 bilem de elect. c. nouit de iudi. Cle. pastoralis de re iudi. Et in aliis locis, vt la-
 tius historiæ demonstrant, & tamen si summi Pontifices istorum opiniones sea-
 qui voluissent, qui dicāt constitutiones pœnales nō includere excellentes per-
 sonas non expressas, nihil horum quæ modo retuli fieri potuissent: legant enim

isti qui aliter sentiunt, quantum possunt, reuoluant omnia iuris volumina: nisi
quam apparebit ante canones, quos modo allegaui, fuisse vel in Concilio, vel
aliter statutum, ut in casibus prædictis, possent aut Reges, aut Imperatores de-
poni, aut eis administratio interdici, & dari Coadiutor. Et tamen cum ista, iuris
dice ac legitime facta sint: necesse est fateantur sententias istas esse fundatas in
legibus, & canonibus, ac in iure diuino, ac in ipsa denique ratione naturali: non
quidem specificè de Imperatore & Regibus: sed generaliter, & indistinctè oēs
comprehendente. Fatendum tamen est, quod non facile contra personas excellentes debet
procedi quando potest ex processu Schismata, aut aliud scandalum excitari.
Et hoc est, quod dicimus interdum parci nobilitati, ut declarant omnes in c. si
de poen. Hoc etiam clarius docet Inno. in d. c. ad apostolicam in sua lectione, dum
dicit quod ad depositionem clericorum pro quolibet peccato procedi potest. Ad
depositionem autem Imperatoris, vel aliorum principum, nisi concurrat multa crimi-
na & multa genera peccatorum, procedendum non est. Quippe horum deponens,
sine multis & magnis periculis fieri non possunt. Et periculum causa est quare
aliquid rigori detrahatur. Ex quibus omnibus satis manifeste liquet, ut opti-
mor, quod constitutiones poenales, oēs subditos ligant, cuiuscumque dignitatis exi-
stant, & contra clericos indistinctè quidem proceditur. At contra seculares Prin-
cipes, interdum cessat iuris rigor, ut scandalum euitetur. Sed tamen iterum ad Episcopos
scopos reuertamur. Si verum est quod constitutiones poenales non comprehendunt
Episcopos specificè non nominatos: sequitur quod Episcopi possunt omnia præ-
cepta iuris canonici, quæ de Episcopis expressam mentionem non faciunt, impune
preterire, & pro nihilo habere: demonstrant istud oēs canones præceptiui:
obligant non obtemperantes ad peccatum mortale, & consequenter ad poenam
æternam, ut declarant oēs scribentes in c. Nam concupiscerunt, de consi. &
probatur in c. ii. de maio. & obedi. & in c. quod præcipitur. xliii. q. i. si ergo ca-
nones poenales non arctant Episcopos: ergo Episcopi non tenentur ad obseruan-
tiam canonum præceptiuorum. Quonia si Episcopi non includuntur, ubi de poena tem-
porali tractatur: multo minus comprehenduntur in poena æterna, quæ ob
preceptum canonis irrogatur. Est enim poena æterna: multo grauior, quam sit
quoduis temporale supplicium, ut demonstrat Euangelium Mattheæ. x. ibi. Nolite
timere eos qui occidunt corpus, &c. Itaque cum falsum sit Episcopos non teneri ad obser-
uantiam canonum quoruscumque. Qui namque his obtemperare noluerit: alienus
sit a Pontificali officio, ut dicit textus in c. nulli fas in fi. xix. di. falsum est ergo
quod isti dicunt Episcopos in constitutionibus poenalibus generaliter loquenti-
bus non includi. Præterea, si ponderemus quæ dicunt doctores, & iura quæ
allegant in c. nisi cum pridem. §. propter conscientiam, de renunti. dum enu-
merant crimina quæ etiam post peractam poenitentiam impediunt ordinis exes-
cutionem, facile colligemus secundum eorum mentem, iura poenalia generaliter
emanata comprehendere Episcopos. Specu. item de rescrip. præsentia. §. ra-
tione causæ, ver. quid si in rescripto, aperte dicit quod quamuis in rescriptis non
semper includantur Episcopi: tamen in constitutionibus, & generalibus man-
datis, Episcopi pariter cum aliis sunt inclusi. Et idem voluit domini. post lap. in c. auari-
tiam, col. um. iii. de elec. li. vi. Et his illud etiam adiungo, quod secundum communem
doc. sententiam, in constitutione poenali generaliter posita, facilius includuntur
Episcopi, quam Reuerendissimi domini Cardinales: & tamen Io. mona. in ex-
trauag. Bonifacii, quæ incipit Excommunicamus, super verbo clericos teneri quod
constitutio poenalis loquens de clericis, includat Cardinales, licet eos non ex-

primat quādo materia est pariter proportionabilis illis, & constitutio generaliter loquitur. Et repræhendit quod ipsemet alias dixerat, fauendo Cardinalibus, & ita refert, & sequitur Dñi. in. d. c. vnico de schisma colum. ii. & idē nemo deinceps colū. i. de elec. eo. li. Oldr. Præterea in alleg. xxii. colum. iii. incipit ad propositū fratrum, concludit, q̄ stante paritate rationis consuetudo æque affringit Cardinales & reliquos Curiales. Mihi aut̄ istud videtur singulariter probari in. c. ex gestis de cle. non resi. vbi Cardinalis quidam, licet nullius criminis esset reus, tñ ex eo solo, q̄ per quinquenniu in pœrochia sua nō resederat: ab omnibus in Concilio fuit depositus, quanq̄ iura arstantia ad residendum de Cardinalibus, expressam mentionem nō facerent, vt patet in. c. præsentiu, & in. c. si quis in clero. i. q. vii. in. c. inter quatuor, in. c. ex tua, & in. c. si. de cleri. non. resi. Quis igitur dicere audeat iura pœnalia nō arctare Episcopos postq̄ cōstat in illis fuisse Cardinales cōprehensos. Sed singamus sine veritatis præiudicio, q̄ reperitur aliquis canon, qui tamē nulli libi est, dicens regulariter iura pœnalia generalia Episcopos nō arctare: adhuc tamen possem defendere illā regulam in materia falsitatis locū non habere. Quippe indubitatum est, q̄ quotiens dignitas auget delictum, quod sit vbi crimen aduersatur dignitati, ac tendit in illius cōtemptum: tūc semper atrocior pœna inferenda est in nobilem delinquentem, q̄ in ignobilem. Ita voluit Sal. in. l. seruos. in prin. ii. colum. C. ad. l. iuli. de. vi. Bar. in. l. quædam, per illum tex. ff. de pœn. ci. & Bal. in. l. iiii. C. de sum. tri. sed nulli dubium est q̄ falsitas maxime aduersat Episcopali dignitati, eā q̄ vituperat & deturpat: ergo Episcopi, ob crimen falsi, nō mitius q̄ alii, sed seuerius castigandi sunt. Et pro hoc, est bonus tex. in. c. cū quidam de iure iu. Vbi formaliter dicitur in Episcopos iuramenti transgressores tanto grauius esse vindicandū, quanto maiori præeminet dignitate. tex. quoq̄ in. l. presbyteri. C. de Epi. & cle. canonizatus v. q. ul. Clare attestatur de crimine falsi grauius esse presbyteros, q̄ ceteros puniendos. Et his addo tex. in. c. præcipue. xi. q. iiii. ibi dum dicit: deterius quoq̄ in populis Prælati delinquant, ac per hoc ipsi crudelius q̄ ceteri puniuntur. Idem etiam probatur in. c. homo Christianus. xl. di. & in. c. nulli fas. xxv. q. i. Postremo hoc ita determinat Io. an. & Io. de ana. post eum in. d. c. Ad falsariorū si eorū verba recte ponderentur. Non. n. excipiunt simpliciter a pœna illius literę Episcopos & alios exemptos: sed requirunt mandatū Papæ: quū non sunt priuandi sine iussu summi Pontificis secundum eos. Itaq̄, vbi causa agitur coram Papa, vel de ipsius mandato: dicere oportet etiā Episcopos & exemptos esse pœna illius. c. assignendos. Alioquin adquid mandatū Papę ibi erigeretur cum si verbis illius tex. non essent comprehenssi: mandatū Papæ, non faceret ad propositū: non enim punirentur vigore illius tex. sed ratione mandati. Præterea omnes scribentes, ibi equiparant Episcopos & exemptos: nemo tamen, vt arbitrator, dixerit exemptos posse sine timore. c. Ad falsariorū, literas apostolicas falsare: alioquin ipsa exemptio instigaret quodāmodo pleriq̄ Apostatas ordinum exemptorū, ad falsandas literas apostolicas: quod nemo sane mentis crediderit de mente summorū Pontificum proceffisse. Sed vt nulla superesse possit dubitatio, & vt non modo homines humilioris ordinis: sed etiā Ep̄os a falsandis literis apostolicis saltem metu pœnę aliqui deterreamus: Dico q̄ articulus iste determinatus fuit tempore. sc. re. Pii In persona Episcopi Electi, qui & Referendarius erat, & Orator Senati Regis: & tñ, quia vnica solum bullam falsari curauerat: causa per Pontificē Pium

tunc discussa publice degradatus fuit, traditusq; Curiaē seculari, quanq̄ postea
poena quae ei per Iudicem laicū erat imponenda, fuerit per Pontificem ex mi
sericordia in detractione in Monasteriū cōmutata: neq; de hac re egemus alte
rius testimonio; quādo quidem cū multi Curiales tū S. D. N. de his plenissime
sit instructus. Quibus igitur tex. & scribentū doctriē praeallegatae satis non
sunt: profecto ita Pontificis diffinitio, quā modo dixi, debet sufficere. Nam
diffinitiva sententia principis laici, cū causae cognitione, nō solum in ea causa
quā determinat: sed etiā in reliquis aliis, legē facit, vt est tex. in. l. fi. C. de legi.
& declarant doc. oēs in. l. iii. eo. de. ri. Quocirca nescio quid in mentē vene
rit his, qui in hoc articulo contrariā sententiā sequuti, in verbis An. de Bu. so
lius inaduerterer loquentis, fundamentū fecerūt. Nam licet An. de Bu. di
cere videatur, q̄ poena. c. Ad falsariorū nō habet locū, neq; in Episcopis, neq;
in exemptis: tñ refert se ad alios doc. qui aliter loquūtur q̄ ipse referat, vt pat
et ex his quae modo dixi: & ideo apparet Anto. de Bu. fuisse in errorem per
inaduerentia lapsū: nihil ergo roboris habere potest ipsius auctoritas con
tra tot tex. contra tot rationes: contra tot doc. cōes theo. contra deniq; diffi
nitionem Pii Pontificis modo relatam. Nec his obstant iura aliqua in quibus
mitius nobiles, q̄ ignobiles puniuntur: qm̄ illa locū habent tñ in poena ar
bitraria, seu extraordinaria, aut difformiter a iure taxata, & vbi dignitas non
auget delictū: at in falsitate omnia ista cessant, vt sup̄. deductum est. Illa igitur
iura ob stare non possunt. Ex his igitur satis demonstratū arbitror, q̄ in cri
mine falsi, Episcopi, aut grauius, aut saltem perinde ac alii puniendi sunt. Ex
quo illud intelligitur, q̄ si Archiepiscopus nō nisi vnū breue falsum fecisset,
si tñ breue est litera apostolica: proculdubio esset poena. c. Ad falsarios; ple
tendus. Nam sine dubio, in puniēdo, nō debet inter Epōs, & Archiepiscopos
differentia fieri, vt declarat glo. quā alii sequuntur in. d. c. quia periculosum
in. ver. de Episcopis, de sen. ex. Quocirca videndum est vtrum breue sit litera
Papae, & an in eo locum habeat poena. c. Ad falsariorū praedicti.

¶ Ad primum igitur, dico q̄ literas esse illius vulgo dicimus, qui eas mittit.
Papa aut̄ mittit & cōcedit breuia: ergo breuia sunt literae Papae. Confert his
quia & apud oēs dños de Rota, & vniuersum orbem, tantā vim habēt breuia,
quantā bullae: vnde nulla ratio est, quare breuia, literae apostolicae censeri nō
debeant, & praesertim quia modernus Pontifex & praedecessores eius, hoc mi
lies determinarunt dicendo in bullis, per alias nostras literas in forma breuis
scriptus &c. quae verba, sine dubio, legē faciūt. l. quod principi. ff. de consti.
prin. & in. §. sed quod principi. insti. de iure, na. Ibi dum dicunt quodcumq;
ergo Imperator per epistolā scribit &c. Et ex hoc infertur q̄ qui fabricat bre
uia apostolica falsa, incurrit poenam. c. Ad falsariorū, cum ille tex. nō loquat
tur, neq; de bulla, neq; de breui, neq; de cera, neq; de plumbo: sed simpliciter
de literis apostolicis: quae verba, vniiformiter, & in breuius, & in bullis plum
batis locū habent: & profecto ridiculum fuisset si Iurisator in materia sigillī,
vtrum ex plumbo, an ex cera essent, differentiā fecisset. Accedit his glo. in. d. c.
licet de cri. fal. quā nullus scribentū improbat: quae vult, q̄ quocunq; modo
literae Papae falso fiant: locus est poenae. c. Ad falsariorū: ergo tam in bul
lis, q̄ in breuius Decretalis illa locū habet. Aliter enim dicta verba glo. quo
cunq; modo &c. vera esse non possent. Istud etiam apertissime determinatur
in. c. in memoriam. xix. di. vbi tex. praesentiens, & quodāmodo diutnans subri
litates illorum, qui ad protegendū falsarios facturi erant differentiā inter

plumbum & cæram, hoc est inter breuia, & bullas positurus poenā falsarioꝝ:
neq; de bulla, neq; de breui, voluit mentionem facere: sed dixit se punire eos
qui insidiando ministerio summi Pontificis, a sede Apostolica, vel falsam epi-
scopalam, vel aliud quod inde non venerit, reportarunt. Itaq; tum ex dictione
epistolâ, tum etiâ ex eo quod subicit, vel aliud quid expresse demonstrat in
niendo falsario, inter bullam, & breue, differentiâ fieri non debere. Et si ex ad-
uerso replicaretur, q̄ ille tex. nō loquitur de poena. c. Ad falsarioꝝ: dico q̄
glo. & clarius tan. & Archi. ibi dicūt, q̄ hodie in terminis illius tex. vbi de fal-
sitate plene constaret, locus esset poenæ. c. Ad falsarioꝝ. Hoc etiâ firmavit
Hosti. in sum. de cri. fal. §. & qualiter puniatur, versi. in falsario. Et spe. eo. ti.
in fi. ii. libelli. Accedit his, q̄ ius civile, quod, vt doc. intelligūt, punit falsarios
literarū Imperatoris poena mortis, non distinguit inter chartam & chartâ,
neq; inter cæram, & plumbum: sed simpliciter loquitur de rescripto falso,
vt patet in l. maiorem. C. ad l. cor. de fal. ergo nec in iure canonico debemus
facere talem differentiâ, cū tex. d. c. Ad falsarioꝝ, iubeat puniri falsarios lite-
rarum apostolicarū post degradationem, vt leges iubent. Per hæc igitur di-
cendum puto breuia esse literas apostolicas, & in eis poenam. c. Ad falsarioꝝ
locū habere: & per consequens, q̄ si Archiepiscopus Cusentinus non confes-
sisset nisi vnicum breue falsum: esset ob eâ causam post depositionem & actua-
lem degradationem Curia seculari tradendus, puniendusq;: deinde per iudi-
cem secularem secundū leges. Neq; vero velim cuiq; videri nouū, tradi Episco-
pos Curia seculari: id. n. & aliis sæpe factū est: vnde in. c. de liguribus. xxiij.
q. v. plures Episcopi eodem contextu Curia seculari traduntur, secundum in-
tellectum doc. in. c. cum non ab homine. de iudi. Præterea in d. c. vnicō de
schisma: duo Cardinales depositi exponūt a fidelibus capiendi, puniendiq;
tanquam hæretici. Item in. d. c. pro humani de homi. personæ, de quibus lo-
quitur ille tex. inter quas annumeratur Eps: diffidantur a toto Christiano po-
pulo, tanq̄ Christianæ religionis emuli. Ex quo fit secundū domi. ibi in fi. vt
licite possint a quocūq; impune occidi, quod eū grauius est q̄ simplex traditio
Curia seculari. Si enim nō semper occiduntur, vt dicit tex. in. c. cū non ab
homine præallegato. Quare nō video quā ob causam, tam mirabile, tanq̄ hor-
rendum quibusdam videatur, q̄ dicimus Archiepiscopum esse Curia seculari
tradendum. Cæterum, quid sibi vult tex. Euangelij, Mar. v. dum dñs ad Aposto-
los dicit, Vos estis sal terræ: quod si sal euauerit, in quo salietur: ad nihilū
valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus: quid est enim
aliud mittere foras, & deinde ab hominibus conculcari, q̄ degradatis laicis ad
puniendum tradere: Huic sententiæ accedit, q̄ dñs ad eosdem Apostolos lo-
quens Math. xviii. inquit: qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me
credunt: expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur
in profundum maris. Si expedit, cur igitur nō fiet per eos ad quos spectat: sed
de his satis. Manet igitur conclusio, q̄ propter vnū breue falsum, quis solum
Archiepiscopus esset post degradationem curia laicali tradendus. Nunc autē
ipse non falsauit vnū breue, aut duo, aut quatuor: sed, vt ipsemet sponte plus
ries confessus est, quingēta & vltra breuia, falso fabricauit: & si testibus credere
malum, vltra mille, Monitus item sæpe a domino nostro, qui propter quo-
rundam querelas, de ea re suspicari ceperat, non modo non desistit: sed nihilō
minus prioribus falsis breuibus, alia atq; alia superaddidit. Insuper præte-
rea pluribus annis in censuris latas a Iuristatore in. d. c. Ad falsarioꝝ. Nam q̄
ipse

iple prædicit se absolutū in foro pœnitentiāli, quo ad for: in quo versamur nihil ei suffragatur. Neq. n. creditur de absoluteione, que non probatur, vt fir-
mat glo. cōmuniter approbata in. c. cū in iure, de offi. dclieg. & in c. propo-
sūt de cle. ex. minit. Et ipse fatetur se non posse absoluteionē demonstrare. Allis-
gatus deinde tor censuris, q̄ falsa breuia cōsecerat, publice diuina celebrauit
quapropter irregularitatem incurrit. c. i. de sen. & re. i. li. vi. & notatur in. c.
si celebrat de cle. exco. mi. ob quā causam etiā nudā, iuridice deponi & priua-
ri possit, vt concludunt oēs in. c. clerici, & in. c. latores, & in. c. illud, de cle.
exco. mini. Insuper ex infordescētia, in censuris suspectus est, ne de fide male
sentiat: nam nō solū qui quadriennio, vt Cusentinus, sed qui biennio in excō-
municatiōe permansit, nō caret scrupulo hæreticæ prauitatis, tex. est in. c.
fi. de pœ. quod latius explicat Cardi. in. c. excommunicamus. §. hi qui de hæ-
reti. Et confert his tex. in. c. cū cōtumacia, eo. ti. li. vi. & in. c. rursus. xi. q. iiii.
Quibus omnibus, etiā illud addo, quod in falsandis breuib. nō fessellit atq̄
decepit ignotū quendā hominē, sed summū Pontificem, & eū quidem, qui eum
multis annis aluerat: qui de nihilo ipsum ad Episcopatū primo, & dein de ad
Archiepiscopatum proexerat: qui ei tanq̄ fidelissimo filio fidem habebat.
Quæ igitur, & quantæ, & quales pœnæ: quæ supplicia: qui cruciatus: quot
mortes satis esse possent, ad condigne puniendā tor & tāta crimina, tam gra-
uia: tam enormia: tam longo tempore continuata. Siquidem vindicta debet
ex quo excessui respōdere. c. felicis. ver. p̄missis de pœnis. li. vi. Et pro men-
sura peccati erit plagarū modus, vt dicit tex. Deutero. xxv. circa prin. Absur-
dū. n. est vt nō magis puniatur, qui pluries, q̄ qui semel trā deliquit: semper. n.
delictum adiunctū alteri delicto pœnā exauget. l. nunq̄ plura. ff. de priua. de-
lic. l. i. aur. facta. §. si. de pœn. l. i. in prin. de ambig. Et ex his fit q̄ ea delicta, quæ
per se vt delinquens pœna mortis afficeretur, non sufficiunt, vbi multiplicata
sunt faciāt mortem inferri, vt habetur in. l. capitaliū. §. famulos de pœ. & in
auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & propterea Pe. de anch. & Panor. post eū
in d. c. at si clerici. de iudi. colum. xviii. vult q̄ delicta, quæ al. si sola essent, nō
sufficerēt ad traditionē Curie seculari si fuerint reiterata: poterit propterea
delinquens Curie seculari tradi. Quid ergo dicemus, & quantis pœnis hunc
de iure afficiendū censebimus, propter innumera pene delicta: quorū vnum
quodq̄ per se sufficiebat, vt post actualem degradatiōem laicis traderetur.
Profecto tantis iste miser dignus est pœnis, vt nisi impossibilitas patendi res-
isteret: illas ego sermone explicare nō possem: sed cogerer audientiū menti-
bus eas relinquere metiendas. Neq. tñ patiar gloriari quasi Episcoporū fau-
tores istos, qui negant pœnā actualis degradatiōis in Epōs imponi posse:
etenim (vt mea fert opinio) non extollunt isti dignitatem Episcopalem: sed
deprauant potius. Quippe viris bonis, vt cōmunis natura patitur, hæc pœ-
næ remissio, neq̄ prodest, neq̄ est necessaria. Sceleratis vero Episcopis, anteq̄
ad iudicē adducantur, maxime obest, cum ex hoc in delinquendo audaciores
siant. Postq̄ vero de criminibus conuicti sunt: nihil omnino prodest: tales. n.
cum apud oēs infames sint suis criminibus, se perdidērunt, & dehonestarunt
adeo, vt relaxatio pœnæ ipsos iuuare nō possit: immo tāto eis est melius, quā-
to atrocius puniūtur: tū quia pœna p̄is extenuat futurā, quæ longe est acer-
bior (vt testatur bt̄s Hieronymus in. c. quid ergo. xxiii. q. v. & Anacletus in
c. si omnia. vi. q. i.) tū etiā quia (vt Boetius in quarto de cōsolatiōe multi-
pliciter probat) feliciores sunt improbi supplicia luentes, q̄ si eos nulla iu-

Nulla poena coerceat: & profecto, vt ad Culentin. redea: quo iste miser diutius
viuet: eo eius angustia atq; animi dolor fiet prolixior. Vnde Salomō inquit
Eccle. xli. O mors bonū est iudiciū tuū homini indigētī. Et Iob. iiii. quare mi
sero data est lux: & vita his qui in amaritudine animæ sunt, qui expectāt mor
te, & nō venit. Gaudētq; vehementer cū inuenerint sepulcrū. Idem quoq; ape
rit. l. quisquis. C. ad. l. iul. ma. Ibi egestate sordentibus, sit mors solatiū, & vita
supplicii. Ex hoc aut fit illud Boetii in tertio de cōsolatione. Sæpe mortem,
quā natura reformida, cogētibus cāis volūtas amplectitur. Quæ cū ita se ha
beant, sicq; isti B. Culentin. nihil oīno profuit: cæteros tñ Epōs, qui inter huius
seculi vepres & vitia, quasi in lubrico ac decliu loco versantur, sub misericor
diæ fucato colore inestāt ad scelera incōsideratiū ppetrāda. An igitur pōt
hec indulgētia misericordia appellari. Q uisq; ne eū misericor dem dicere aua
deat, qui vt vnū leuius puniat cateruas hoīm, quantū in se est deicit in voragē
nē p̄tōg. Vnde Ambrosius quandā dicit esse misericordiā iniustā, qd; facilis
tas veniæ incentiuū p̄bet delinquendi. c. est iniusta. xxiii. q. iiii. Immo & ipse
Deus in quo misericordiā maxime excellit, interdū misericordiā execratur.
Ait. n. Deuter. o. xix. nō misereberis eius, & auferes noxiū sanguinē de israēl, vt
bene sit tibi. Et itē. iiii. reg. xx. Quia dimisisti virū dignū morte de manu tua:
erit anima tua pro anima eius. Ego vero, in quo ab istis rigorosior dicor, in
hoc videor mihi esse misericordior. Et quanto magis conuictos de criminib;
bus punire affecto, hoc magis credo me reliquos homines, amore & charitate
prosequi, atq; curare, ne ipsi ad delinquendum facile dilabantur: legimus. n.
Prouerbi. xxi. multato pestilente, sapientior erit paruulus. Quocirca, & dñs
ait Apocalip. xxx. Ego quos amo corrigo & castigo, & Prouerb. xiii. Quis
parcit virgē odit natū suū: ex quo est illud, quod ad Deum Isay. xxvi. inquit:
cū feceris iudicia tua in terra, iustitiā discant habitatores orbis: misereamur
impio, & nō dicet iustitiā. Hinc. ii. Machab. vi. cōditor libri exclamat dices.
Multo tempore nō sine peccatoribus ex sentētia agere, sed cōsētum vltiones
adhibere magni beneficii est iudiciū. Hæc aut Pater Bea. nō eo cōsilio dispu
to, vt clemētissimū animū tuū, ad crudelitātē inflāmem. Neminē nāq; latet, qd;
multo frequentius humanæ misericorditerq; plurimos, q̄ acriter quemp̄iā pu
nire cōsueuisti: sed veritas, cui aduersari nephas est, me vel inuitū indicare cō
pellit, quod mihi apparet esse de iure verius. Nec ideo minus. S. V. misere
ri potest indulgentiæ locus. Nunc vero repugno quantū possum, his qui volūt
penā. c. Ad falsariōg. aut Episcopos, aut hęc breuia falsa nō includere. Q n̄
si id. S. V. probauerit, callidi & scelerati homines certi iā se non fore ob ista
crimina Curie seculari tradendos: nimirū ad breuia falsa fabricāda se cater
uatim accingent. Nā si nūc qñ poena. c. Ad falsariōg poterat merito formis
dari, innumera pene breuia falso cōfesta sunt: quid censemus, si improbi hoies
certo scierint se dehinc nō esse pro falsis breuib; Curie laicali dimittendos:
an nō erit. c. Ad falsariōg profus inutile, vt pote cū breuia tantam vim ha
beant, quantā bullæ, & satis erit falsariis, si absq; metu degradatiōis poterūt
breuia falsa cōficere. Itaq; assidue fiet falsę lřę aplicę, & c. Ad falsariōg nunq̄
poterit locū habere, quia bullas nemo falsabit. Est igitur hmōi snia oīno reu
ciēda, cum homines ad malefaciēdū, falsumq; fabricandū, & animet & alliciet.
Contra vero, si hęc meā opinione firmaueritis: nihil istud hūanitati clemen
tiæq; vestræ refragabitur, simulq; cū Episcopos, tū cæteros omnes, a falsandis

breuibus aplicis metu asperioris poene deterrebitis. Itaq; tua maxime inter-
est. Pater. S. vera opinione alteri p̄pōueris. Ad tuū. n. officiu principalis p̄-
tinet. vt oues fidei tuæ creditæ. ex utris vitis. ad virtutis semitam deducantur.

¶ Executus sum hucusq; partes iustitiæ atq; rigidi iuris; vt merita B. Cuseñ.
fragitabāt: sed hoc sine magna animi mei molestia p̄ficere nō potui: cū pro-
pter cōem ordinē & aliquale n̄ram cōuersationē. tum ob cōsiderationē imbe-
cillitatis rex humanæ varietatisq; fortunæ. At nūc velle misericordiæ p̄tes
prosequi. quod mihi lōge esset gratus. ac acceptius: sed officiu iustitiæ. cui in-
terim astrictus sum. me hoc nō p̄mittit facere vt optat. Cōmendo tñ eū quan-
tū licet & possum clemetiæ beatitudinis v̄rg. & horū R. Cardi. atq; reduco ad
memoriā illud Salomonis prouer. xxx. qui vehemēter emūgit. elicit sanguis-
nē. Et illud eccle. vii. Noli esse iustus multū: de quo Cicero in lib. offi. inquit.
Summū ius. summa iniuria: postremo his adiungo. quod Iacobus in epistola
ait. Iudiciū sine misericordiā illi qui nō facit misericordiā: hactenus de tertio

¶ Superest modo quartū & vltimū per quē pronuntiandū sit in hac causa.
Dico q̄ Quis olim de iure veteri. depositio Ep̄orū posset fieri per eorū Metro-
politanos. cū Cōcilio prouiciali. vt est exp̄ssum in. c. si quis Ep̄s criminaliter.
vi. q. iiii. Et si Cōciliū prouiciale cōgregari nō posset. satis esset Archiep̄m in
audiēda causā adhibere secū. xii. Ep̄os. vi. p̄sbyteros. & tres diaconos. vt dicit
tex. in. c. felix. xv. q. vii. Postea vero fuit hoc innouatū atq; statutū. quod li-
ceret Metropolitanis. atq; primatibus audire & discutere accusaciones & cri-
minaciones Ep̄scoporū. ita tñ. q̄ eas. sine licentia sanctæ sedis aplicæ. diffinire
nō possent: & hoc iure scripto hodie vtimur. vt est exp̄ssum in. c. quis in
c. multū stupeo: & in. c. dudum a sanctis Apostolis. iii. q. vi. & ita declarat In-
no. & oēs in. c. graue. de p̄ben. Debet aut̄ summus Pontifex causas Ep̄scopoꝝ
aut tractare & discutere p̄ seipsum. aut per cōmissarios suos. vt est exp̄ssum
in. c. accusatus. iii. q. vi. vnde in iure reperimus exp̄ssum. q̄ summi Pontifi-
ces sup̄ criminibus Ep̄scoporū aliqui cōmiserunt causas aliis Ep̄scopis. & ali-
quādo inferioribus. vt patet in. c. veritatis de do. & contu. vbi super dilapida-
tione. & homicidio. & incestu cuiusdā Ep̄i fuit cōmissa cā alteri Ep̄o. & duobus
inferioribus. Item in. c. cū dilecti. de accu. Causa criminalis Ep̄scopi cōmissa
est vni Abbati. & duobus Monachis. Est aut̄ tanta vis cōmissionis factæ a sede
apostolica. q̄ delegatus ab ea. potest solus Ep̄m deponere. nō requisito nume-
ro Ep̄orū. qui ponitur in. d. c. felix. xv. q. vii. vt est doctrina Io. an. post In-
no. in p̄zalle. c. graue. de p̄ben. Et eā sequitur Archi. in. c. illud. in fi. xxiii.
di. & Panor. in. c. nō potest. colum. iii. de re iudic. honestū tñ est secundū eos.
q̄ Papa faciat delegatū suū in depositione Ep̄i adhibere consiliū aliorū Ep̄-
scoporū. Neḡ mirandū est. q̄ delegatus sedis apostolicæ possit solus diffinire
causam depositionis Ep̄i. quia ipse delegatus in causa sibi a summo Pontifice
commissa. non agit aliquid pro suo imperio: sed pro potestate summi Ponti-
ficis. vt declarat tex. iuriscōsulti. ff. de offi. eius cui man. est iu. l. & si p̄tor sit.
Itaq; cū Papa etiā solus. sine cuiusquā alterius auctoritate. possit inspecto iure
cōi deponere. nō solū vnum Ep̄m. sed etiā Imperatorē. vt dixit Inno. in. c. ad
apostolicæ. in prin. de re iud. li. vi. Et hoc idem voluit glo. ibi. & cū ipsi alii
doc. transeunt. Nimirū igitur si delegatus Papæ possit vnum Ep̄m deponere:
ex quo in cā illa delegatus vicem Papæ rep̄ntat. Veruntamen est quod dñi
Reuerendissimi Cardinales esse p̄tendunt in quasi possessione. q̄ Papa sine ipsis.
non expedit causas humōi grauiores. vt notant doc. in. c. super eo. de here. li.

vi. & in. c. ex gestis. de cleri. noni. res. in antiq. Vtrum aut ista quasi possessio potuerit iuri summi Pontificis derogare, non est presentis speculationis. Sed cum processus dñi Cusentini de mandato Sancti. V. in hoc sacro loco recitatus fuerit, siue Sancti. V. de consilio Dominorum Reuerendissimorum, per se ipsam pronunciet, siue per alios pronunciarum faciat: nulla omnino de viribus sententiarum poterit esse dubitatio. Laus Deo.

¶ Post superscriptam relationem. D. N. S. cum Reuerendissimis. D. Cardinalibus in illo, ac sequenti Consistorio habita matura consultatione, quid in causa ista statui oporteret: tandem de eorundem fratrum suorum consilio, dictum Bar. Archiepiscopum, ab omni ordine, officio, beneficiis, ac dignitate, per suam definitiuam sententiam deposuit, seu potius depositum esse declarauit. Et nihilominus, verbo primum, ac deinde per specialem commissionem, Collegę meo, & mihi imposuit: vt ad vltiores poenas, prout iuris esset, contra eundem procedere deberemus. Cuius commissionis vigore, per nostram definitiuam sententiam, eundem anathema incurrisse, & anathematizatum esse declarauimus. Necnon eum, ab omni ordine, officio ecclesiastico, sacerdotali, ac pontificali actualiter degradandum; degradatumq; Curie seculari relinquendum, secundum constitutiones legitimas, puniendum pronunciauimus: eumq; actualiter degradari, Curieq; seculari relinqui mandauimus. Cuius quidem sententiarum formam, vt primum dominus noster percepit, fluctans aliquodiu inter misericordiam & iustitiam, cum hæc ad seueriorem poenam, illa ad compassionem & gratiam, s. suam mirifice incitaret, viam mediam demum eligens; poenam actualis degradationis, in perpetuum carcerem commutauit: in quo eum pane doloris, & aqua angustiarum, ita sustentari mandauit, vt commissa desisteret, & fienda vltius non committeret.

Iterum Laus Deo.

¶ Impressum Romę apud Antonium Bladum Afulanum.
Die XIII. Mensis Augusti. M. D. XLVII.